
Petr. Winstrupius:

De usu linguarum et disciplinarum philosophicarum in theologia,


1633.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

1,-3,-4°

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°

1 1 01 0 4 00002 1

+ REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

DISPUTATIO
PHILOLOGICA ET PHILOSOPHICA
DE USU LINGUARUM ET DISCIPLINARUM PHILOSOPHICARUM IN THEOLOGIA,

Quam

Σὺν Θεῷ, τῷ συνεργοῦντι πάντ᾽ εἰς ἀγαθὸν τοῖς
ἀγαπῶσιν αὐτὸν,

Publicæ ventilationi, in ampliſsimo Clariſs. Dn.
Profeſſorum conſeſſu, ad diem 16. Januarij, obnoxiam
facit ſincerâ animi ſummiſ-
ſione,

PETRUS P. VVINSTRUPIUS.

RESPONDENTE

JANO LAURENTII ULMIVALLIO.

HAFNIÆ,

Typis Salomonis Sartorij, Acad. Typog.

Anno M. DC. XXXIII.

2854

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

1,-3,-4°

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

In Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

THESIS I.

PLato omnes ἀγεωμετρήτους à ſuo auditorio ſemovit hoc edicto; ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω: Ita Tyronibus ſacratiſsimum Theologiæ penetrale ingreſſuris, omnium rectè θεολογούντων conſenſu illud ſancitum; οὐδεὶς ἀφιλόσοφος εἰσελθέτω. Nemo enim poteſt in ſtudio & ſtadio Theologico ὀρθοποδεῖν ſine adminiculo Philoſophicæ κυκλοπαιδίας. Ne autem videar aliqua in ſecundo credendorum genere παρακρέκειν, utrumq; terminum *Theologiæ* & *Philoſophiæ*, luculentæ diſtinctionis ſcalpello circumcidam.

II.

Mellita *Theologiæ* vocula, heic non ſecundum ſimplicem notationem ſenſum redolet duntaxat *objectivum*, quatenus dicitur λόγος περὶ τοῦ θεοῦ, & de Deo, qui ſolus Theologiæ objectum, quemvis notat ſermonem, etiam illum qui non nititur revelatione & ſcripturis, ſive ἔμφυτος ſit, ſive ἐπίκτητος; ſed ſecundum notationem duplicatam ſenſum ſpirat tum *objectivum* tum *Cauſalem*, quatenus exponitur λόγος περὶ τοῦ θεοῦ & λόγος παρὰ τοῦ θεοῦ h. e. quatenus notat doctrinam & ſermonem de *Deo*, non quemvis, ſed quem ipſe Deus revelando inſpiravit & inſpirando revelavit; Dico hic, *Inſpirando revelavit*, quia intelligo non revelationem illam generalem cujus mentionem Paulus facit diſertam Rom. 1. v. 19. 20. ſed revelationem ſpecialem & peculiarem factam per θεοπνευστίαν & inſpirationem divinam, de qua idem 2. Timoth. 3. v. 16. Hæc ipſa Doctrina quæ revelatione Dei ἐξαιρέτως nititur & Theologia θεόσδοτος dicitur, eſt vel

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

ἀρχέτυπος καὶ πρωτότυπος vel ἔκτυπος: Theologiam ἀρχέτυπον, quæ eſt ipſa ſacra ſcriptura in ſe Conſiderata, heic à Conceptu noſtro ſequeſtramus, & Theologiam ἔκτυπον, quæ eſt τοῦ πρωτοτύπου principiatum aut menſuratum, Conſpicilio hujus diſquiſitionis νοητικῷ ſpectamus; ſed quatenus conſideratur εἰδικῶς in proprijſsimo ſuo ſignificatu. Theologia enim γενικῶς accipitur pro fide Chriſtiana, habitu acquiſito, ſine quo non poteſt eſſe fides ſalvifica, habitus infuſus, quamvis ſine hoc habitus ille acquiſitus eſſe poſsit. Μέσως vero ſumitur pro functione miniſterij Eccleſiaſtici; & tandem εἰδικῶς pro accurata & perfecta myſteriorum divinorum cognitione, conjuncta cum excellenti δυνάμει τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν καὶ ἐπιστομίζειν: Hic habitus fuit olim in Prophetis & Apoſtolis infuſus, non acquiſitus, ſed hodiè eſt acquiſitus non infuſus, & licet ſine fide infuſa eſſe poſsit, non tamen eſſe poteſt ſine fide acquiſita, quia eam præ ſe requirit, & non niſi ea præmiſſa acquiritur noſtro ſtudio & labore, conferentibus huc operam ſuam alijs diſciplinis.

III.

Philoſophiæ nomen, quod uſurpo impræſentiarum in actu ſignato, non ita in anguſtiam compingo, ut eo mihi intelligenda veniant illa tantum diſciplinarum genera, quæ ſpectant per ſe ſolum τὸ ἡδὺ, per accidens verò, ex eventu, & præter ſuam naturam ad uſum aliquem faciunt, ſicut culter cibicida, qui per ſe inſervit cibis dirimendis, nihilominus ex eventu lignis quoq; ſecandis adhibetur: verùm laxa conceptus mei habenâ effundo *Philoſophiæ* nomen ad illa etiam diſciplinarum genera, quæ per ſe nata ad uſum, nulla futura ſi hunc iveris ab ijs ſeparatum.

IV.

Iſtis ἐν παρεθύρῳ pro Tyronibus præfloratis, Philoſophiam noſtram, non ſine dividia & invidia τῶν ἀφιλοσόφων καὶ ἀντιφιλοσόφων, elogijs ornabo decumanis. Non tamen tripudiare faciam obſtinatam illam φιλοσοφούντων cohortem, quæ nimioperè conſtituit ὑπὲρ βαθμῶν modeſtiſsimam *Theologiæ* pediſſequam & ancillam.

V.

Philoſophia eſt donum Dei, eſtq; res bona, ad Theologiam neceſſaria neceſsitate τοῦ εὖ εἶναι & expedientiæ non neceſsitate τοῦ εἶναι & eſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

& eſſentiæ. *Philoſophia* perficit Theologiam; Philoſophia inquam in actu ſignato non exercito, perficit Theologiam in actu exercito non ſignato.

VI.

Theologiam Philoſophia & *Philoſophiam Theologia* ſvavi conſenſu oſculatur & amplectitur: Neminem enim, cui in omnibus Philoſophiæ viretis ſpatia conficere volupe, decerpere poſſe arbitror ullas contrarietatis ſpinas, quibus auguſtiſsima Theologiæ viſcera pungantur. Loquere inquis ut te videam; σὺ καὶ καλῶς; loquar ut me videas. *Philoſophia* & Ratio *Theologiæ* nulla Contrarietate adverſatur; nec duplex datur veritas, una Theologica, Philoſophica altera.

VII.

Sed quare exſultant & voces tollunt triumphales, occinendo mihi ante victoriam τοῦ ἐπινικίου Cantilenam, obſtreperi abſurdarum φλυαρειῶν tibicines, qui pediſſequæ, invitæ, Coronam Reginæ imponunt, & aquilinâ quadam Rationis alâ ſubvolare volunt in ſublimia myſteria, non ſine diſpendio animarum ἀεροβατοῦντες. *Credere quidpiam eſſe verum, quod ratio non poſsit capere, nec intellectus intelligere, extremæ levitatis eſſe indicium; Item, Deum nobis intellectu & cognitu impoſsibilia & ſenſu imperceptibilia creditum haudquaquam proponere; Philoſophiam deniq; in quæſtionibus fidei ceu oraculum, audiendam eſſe;* & per eandem in nobis Spirirus S. lucem accendi, pietatem, cultum & invocationem Dei excitari. Iſta intrepidè & ſine fronte oggrunniunt quidam Philoſophi, nimio Philoſophiæ amore faſcinati, quorum extrema linea eſt & χορηγὸς, acutiſsimus ille Keckermannus. Nullum eis illa, quæ intexui, Philoſophiæ elogia, tripudium excitare poſſunt: non enim ego blitea eorum παραληρήματα novo heic ſuſpendo paxillo, quandoquidem magis diſſona blatiunt, quam veterani illi nebulones in hiſtoria Suſannæ.

VIII.

Sicut autem occæcatis Philoſophiæ amaſijs, qui peccant ἐν ὑπεροχῇ, intempeſtivum gaudiolum Conciliant illa, quæ infereiebam, Philoſophiæ elogia; Ita ſudes ſunt in ocellis, acerrimis ejuſdem oſoribus, qui peccantes ἐν ἐλλείψει, convitia debacchantur in amabilem noſtram Philoſophiam meraca, quæ nihil ſunt aliud,

 quam

quam ſoboles inſcitiæ & ſupinitatis: Nolo in hunc campum omnes argumentorum noſtrorum copias elicere, & ſtrenuam cum illis exercere velitationem. Quæſtionem tamen aliquam, tanquam fulmineum tormentum è canna rationis explodam contra arcem omnium περεπισμάτων non benè extructam. Quæro num Philoſophiam didicerint necne? Affirmant? Mihi ergo ſciſcitanti, quare eam didicerint, alia nequit dari cauſa, quam ejus utilitas, neceſsitas, & præſtantia, quarum unam ſi pronunciaverint, ſe convictos eſſe, urgente conſcientiæ ſuæ teſtimonio, non diffitebuntur. Si vero negant, omni fide & veritate excident: De rebus enim ignotis judicanti nunquam quiſpiam crediderit niſi bardus & anſerinæ ſtoliditatis ſtupa obvolutus.

IX.

Poſt Elogia *Philoſophiæ* (ad Theologiam neceſſariæ) ſecundum diſtinctionem utriusq; termini ὀνοματώδη, tandem fas mihi vela pandere & navem immittere altius in ipſum Philoſophicarum diſciplinarum fretum. Velificabo primum in præjacentem inſulam *Philoſophiæ inſtrumentalis*, & inde transfretabo in latiorem provinciam *Philoſophiæ Realis* & *Principalis*; videbo autem an aliquæ utilitatis merces ex illâ inſulâ & illâ provinciâ invehi poſsint in Regnum ipſum Theologiæ auguſtiſsimum: Gubernatori proram & puppim committo omnipotenti.

X.

Inſinuat ſeſe primo loco quæſtio, de prima Organicarum diſciplinarum, Grammaticâ;

An Grammatica Theologo neceſſaria?

Intelligo autem Grammaticam non in Concreto, prout eſt hujus vel illius Autoris, prout eſt hujus vel illius Linguæ tantum; ſed in abſtracto & quatenus indifferenter ſe habet ad Linguam Latinam, Græcam, & linguas orientales. Negativam ſuperiori ſeculo, quo mundus barbariſmi cataclyſmo mergebatur, craſsiſsimi quidam *Ignorantiæ* fratres tanquam tutelares Dij propugnarunt; uti Conſtat ex Epiſt. Greg. P. 49. l. 9. ad Deſider. ita ſcribentis: *Pervenit ad nos, fraternitatem tuam Grammaticam quibuſdam exponere; quam rem ita moleſtè ſuſcepimus ac ſumus vehementer aſpernati, ut ea quæ prius in*

laudem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

laudem tuam dicta fuerunt, in gemitum & triſtitiam vertamus, quia in uno ſe ore, cum Jovis laudibus, Chriſti laudes non capiunt. Terſos Latinos! Nos autem, quos ter optimus Deus è fœdiſsimo barbariſmi cœno protraxerat, Grammaticam cenſemus Theologo eſſe maximopere neceſſariam, quia clavis eſt omnium diſciplinarum Theologiæ famulantium & ἐμφάσεων ſuccum in fontibus latentem, quem nulla exprimit verſio, ſanctæ veritatis ſititori libandum præbet. Pericula illa, quæ linguarum ignorantia importat, ὀφθαλμοφανερῶς diſpaleſcere faciam, ſicut pictor ille naufragij picturam ad littus ſuſpendit, ut perterrefierent navigantes, nè navim propellerent ad portum immanem.

XI.

Ut autem mens mea majori eluceat σαφηνείᾳ, ſingulis quæſtionibus de ſingulis linguis agam ſub cardinali & generali illa quæſtione de neceſsitate Grammaticæ, quæ eſt quaſi mater ſpecialiorum quæſtionum de hac vel illa lingua: Quæritur ergo,

An lingua Latina Theologo neceſſaria?

Praxis ipſa literatæ gentis quotidiana ubertim docet Latinam Linguam, communem his ſeculis Gentium Mercurium, à nullo φιλομούσῳ, multò minùs à Theologiæ cultore, ſine diſpendio & turpitudine ignorari poſſe. Linguæ hujus imperitia parturit Pontificijs, monſtri inſtar, ridiculam Scripturæ expoſitionem: nonnulli illorum, elliptica locutione, ſtupiditate haud elliptica, Hæreticos *de vita* tollendos ſtatuebant, quia Paulus Tit. 3. verſ. 10. ait; Hæreticum poſt unam atq; alteram admonitionem *devita.* Qui in Latina lingua hoſpes fuerit, aſinina ſtoliditate facilè patietur obtrudi ſibi, tridenti Tridentini Concilij autoritate, vulgatam illam editionem, quæ Grammaticorum vitiorum plenâ menſurâ imo toto horreo referta: Non poterit quiſpiam de verſione illa ſine lydio Latinæ linguæ lapide rectum ferre judicium, ut reprehendat reprehendenda, & non reprehendenda non reprehendat. Quin imò Theologo latinam linguam quandoq; machæram eſſe contra adverſarios in arduis controverſijs, non pauca exempla comprobant, quorum unicum ſaltem attexam. Pontificij omnia rationis ſcrinia compilant & quoſcunque inde λήρων λήρους electant, quando à ſacra ſcriptura

nullum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

nullum præſidium omni conatu impetrare poſſunt: Inter cætera verò Culinaria λεπτολογήματα vocem *faciendi* (quæ ex Græco extat in verbis inſtitutionis Luc. 23. v. 9. 1. Cor. 11. v. 24. *Hoc facite in mei Commemorationem*) feriò urgent & pro *ſacrificare* aliquando uſurpari iterum atq; iterum aſſeverant: Quo telo, quæſo te, hoc illorum ſcutum perfringendum? Quamvis verbum ποιεῖν, è pharetra Græci textus, ſagitta ſit ſatis penetrabilis; tamen ut creemus majorem eis moleſtiam, operæ pretium eſt etiam ipſum latinum verbum *facere* ἐκ περιουσίας ſcrutari: Illud enim tum demum τοῦ *ſacrificare* ἰσοῤῥοπίζει quando vel abſolutè ponitur vel res ſacrificanda apponitur idq; in caſu ſexto & ultimo, ſicut apud Virgilium; *Cum faciam vitulâ pro frugibus ipſe venito;* quando verò res aliqua additur in quarto caſu, non innuitur rei ſacrificatio, ſed productio ejus & conſtitutio; Non igitur dixit Virgilius; *Cum faciam vitulam*, &c. Sic enim τὸ *facere*, *ſacrificare* non ſignificaſſet. Atqui in verbis Inſtitutionis *facere* uec ponitur abſolutè nec cum προσθέσει victimæ alicujus: *Hoc* enim non eſt ſexti ſed quarti caſus ſicut Græcum τοῦτο. Indè poterit cuivis conſtare ἀναμφισβητήτως, quâm apprimè neceſſaria ſit Theologo Latina liugua.

XII.

Intelligo verò per Latinam Linguam, Latinitatem puram, perſpicuam & à claſsicis Autoribus ad noſtram ætatem haud ſubleſta fide propagatam. Latinitas ejuſmodi nihil aliud eſt quam ſermo ab omni vitio remotus: Vitia namq; in ſermone, quo minus verè Latinus ſit, duo ſunt potiſsima; *Solœciſmus* & *Barbariſmus;* prius in Conſtructione, alterum in verborum conſiſtit proprietate; *Barbariſmus* autem ſpectatur tum in *Archaiſmo* tanquam uno extremo, tum in *Neoteriſmo* tanquam altero extremo; quod inter hæc medium & veluti ἐν μεσότητι conſiſtit, Romanum eſt ac illibatum.

XIII.

Proſcribo ergo & ultra pontum Euxinum relego putidiuſculam illam veterum Pontificiorum Latinitatem, cujus veſtigia, non ſine titillante riſu, comparent nobis in vulgata editione Bibliorum, in monumentis Monachorum, in Epiſtolis obſcurorum virorum, in diſputationibus Scholaſticorum. Quot & quantis ſcateat erratis vulgata verſio, verſio inquam ἀπαράλλακτος, nemo, qui illam unquam

ἀκερ-

ἀκριβείας oculo uſurpavit, ignorare poteſt. Loca ſunt in illa paſsim obvia, ſpurcâ Latinitate collutulata; qualia ſunt; *Scopebam*, Pſal. 76. v. 7. *partibor, metibor*, Pſal. 59. v. 8. *Scopabo*, Eſ. 14. v. 23. *Filius hominis non venit miniſtrari ſed miniſtrare*, Matth. 20. v. 28. *Effugaverunt* pro Effugerunt Hebr. 11. v. 34. *Naufragaverunt*. 1. Tim. 1. v. 19. Quamvis autem non diffitear in vulgata editione lethalia infligi Priſciano vulnera; non tamen omnia, quæ in ea reprehendi ſolent, reprehendo: Sunt enim nonnulla quæ pura ſunt, licet impura videantur. Famoſiſsimus quidam Theologorum Aliptes aculeatâ Critices ſcuticâ flagellat hæc verba Matth. 22. *Impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium* (pro diſcumbentibus) tanquam Solœca, cum tamen Virgilius eodem modo dixerit, *Implentur veteris Bacchi*, & Lucret. *ararum compleverat urbes*. Ad limam etiam revocat, *majora horum, majorem ſui* Johan. 14. Hebr. 16. At verò, more Græcorum, *majora omnium* Curtius dixit: ſuggillat etiam τὸ *calefacimini* Jacob. 2. quaſi non legeretur apud Vitruv. *Calefacientur*, *Calefaciuntur*. lib. 4. cap. 7. lib. 5. cap. 10. Perſtringit quoq; τὸ *migrare* Pſalm. 51. activè dictum pro *transferre*, ſed ſic tamen uſurpavit illud Gell. l. 2. c. 29. Cic. 1. de Divin. Aſpernatur deniq; illa Matth. 22. *Neq; nubent, neq; nubentur*, quæ ego etiam aſpernarer, ſi non Tertullianus, alter Tertullus, in l. 4. adv. Marc. hoc paſsivum haberet. Ex Epiſtolis obſcurorum virorum poſſent in paginulas aliquas vitiorum Grammaticorum plauſtra invehi, ſed parcam meo calamo & theſi huic unam ſaltem ac alteram periodum intexam. Gallus Linitextoris ita ſcribit ad Ortuinum Gratium: *Reverende Dn. Magiſter, qui ſcripſiſtis mihi ad Eberburck valde ſolatioſam literam, in qua conſolaſtis me, &c.* Jacobus de alta platea in Epiſtola ſua hæc habet: *Si venio ad Almaniam*, &c. *& invenio unum parviſsimum punctum ubi erravit*, &c. *tantum beneficium nolo obliviſcere*, &c. Apud Marculphum, Monachum in ſeptimo ſeculo, leguntur Dithyrambica illa vocabula, ipſo penè tremenda ſono, *æqualentia*, *appennis*, *Cautio de Infracturis*, *Charta audientialis*, *Charta obnixationis*, *Charta de mundeburde*, *Concamiatura*, *Regis anſtrutio*, *emunitas*, *forbatudo*, *livorare*, &c. Plura verborum monſtra nolo chartis illinere, nè videar magno conatu ineptias convaſare.

XIV.

Fuerunt non feliciores Elegantiarum architecti, ipſi Scholaſtici, qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

ei, qui Lectori crucem figere ſategerunt inficetis vocabulis, de quibus ipſe ſenex Numa Egeriam ſuam in Conſilium vocare neceſſum habuiſſet. Quid enim Bielis *præconſiliatum* pro *deliberatum?* Quid *præmiare* pro præmium conferre? Quid *recidivare* pro in priora labi peccata? Quid *tantò quòd* pro *adeò ut?* Quid Thomæ Aquin. *Vigorari* pro fieri vegetius? Etſi autem portentoſa ſit & incomta illa Scholaſticorum elocutio vel potius loquendi ſartago; quidam tamen termini è confinio Latij eijci non potuerunt, quales ſunt, quos Docti Civitate Latinâ donarunt; *Eſſentia, Entitas, quidditas, perſonalitas, &c.* Hi & ſimiles alij Metaphyſici termini à delicatis quibuſdam Ciceronis mancipijs gratis repudiantur. Plato enim vetat Philoſophos εἶναι ῥημάτων δούλους, ſiquidem verborum certa eſt multitudo, res vero numero infinitæ. Nè autem ex indulgentia, neceſsitatis filia, luxurians aliquod τοῦ αἰσχρολογεῖν cacoëthes exoriatur, & cerritis balatronibus vel blateronibus, qui ἐκ χελιδόνων μουσείου provolarunt, inſcitiæ diverticula exſtruantur, ut nimis audaci ὀνοματοποιΐας licentiâ, quævis ſibi nomina fingant, monſtroſâ tetricitate μεταμορφωθέντα, aliqui huic malo remedium invenerunt minimè aſpernandum, quod non impertire faventi Tyroni, nefas eſſe præfiſcini affirmamus. Delicatas criticorum aures maximè offendunt nomina Metaphyſicorum *abſtractiva*, ab omni puritate *abſtracta*, quibus illi ἰσχναῖς ἐπινοίαις innuunt ἀφαίρεσιν & ſeparationem (vulgò *abſtractionem*) τῆς οὐσίας (vulgo Eſſentiæ) à ſubjecto ſuo *Univerſali* & *intelligibili*, quam appellant *abſtractionem Ultimatam* & *ſecundam*; Talia ſunt, *ſubſtantieitas, angeleitas, carneitas, accidenteitas, albedineitas*, &c. Horridulis & duriuſculis iſtis vocabulis linguam meam vix ac nè vix quidem obſoleſieri permitto. Conſultum eſt ejuſmodi Metaphyſicorum ψιλὰ & ſubtilia νοήματα περιφράσει aliquâ nonnihil ampliare, dicendo, pro *ſubſtantietas*, ipſam ſubſtantiæ Eſſentiam in ſe &c. Satius enim eſt per circuitum verborũ nonnihil exſpatiari quam cum diſpendio Latialis nitelæ βραχυλογεῖν. Libentius autem & lubentius uſurpabimus Græca nomina exuntia in ότης, quorum aliqua prætoria ſunt, & in Lexico nidum habent, ut ταυτότης, ζωότης &c. alia vero ſunt πλαστικὰ & κατὰ μίμησιν ad omnem nutum conficta, qualia ſunt, pro *ſubſtantietas*, οὐσιότης, pro *Angeleitas*, ἀγγελότης, pro *Carneitas*, σαρκότης, pro *accidenteitas* συμβεβηκότης, pro *Albedineitas*, λευκότης, &c. Illa & ſimilia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

lia alia non equidem ἁπλῶς in ſolutum accipienda, alijsq́; verè & κατ' ἀλήθειαν Græcis vocibus æquiparanda; συγκριτικῶς tamen illa æſtimanda & commendanda, quatenus cum latinis iſtis nominibus contenduntur. Judicium enim aurium acerrimum arguit illa οὐσιότης, ἀγγελότης, σαρκότης, συμβεβηκότης, λευκότης, ſvaviora eſſe, meliora, & molliora his, *ſubſtanticitas*, *angeleitas*, *Carneitas*, *accidenteitas*, *albedineitas* &c. Vocabula deniq́; in Græca lingua ſunt paſsim obvia, verè Græca, quæ terminatione ότης ſignificant *ſecundam* (aliâs *ultimatam*) illam Metaphyſicorum *abſtractionem*; quorum formam ope ingenij humani, induere poterunt pro ſignificatu τῆς ἀφαιρέσεως nomina concretiva, quibus uſus denegavit terminationem ότης; ſed in Lingua Latina nulla uſpiam memini extare nomina, quæ deſinant in eitas (quamvis multa in ietas, ut *pietas*, *anxietas*, *ebrietas*, &c.) per mutationem finis aut terminationis. Grave quidem eſt fingere Græca vocabula, ſed gravius eſt fingere Latina; at vero inter duo mala minus eligendum.

XV.

Genus deniq́; dicendi Ennianum & Paccuvianum, ad bonam Evandri matrem amando. Nemo enim qui vel ſemiunciam Rationis habet, æquis tulerit auribus talem Latinitatem: *Gnobiles Gnaruresq́; viri, ob rem veſcam & paſceolum nis prodigitate topper exenteratum, inſana remeligo plæros architectonas meos calvitur; Ut niſi qua fors reſculam meam properiter ardo argento grandiat, anguſtitas mihi cor concipilet, &c.* Hæc omnia ſunt monſtra, ex Acherunte nigriq́;. Plutonis antro revocata! Verum-enimvero nos Latinitatem illam Ennianam & Paccuvianam ſugillamus non quia *antiqua* (τὰ ὠγύγια ἄρεστα) ſed quia *obſoleta* & intolerabilis auribus Tullianis: Non enim omnia *antiqua*, ſicut omnia *obſoleta*, cenſemus è Latiali coloniâ eliminanda & proſcribenda, ſiquidem hi duo termini *obſoleta* & *antiqua* non convertuntur reciproca univerſalitate; ita ut omnia *antiqua* ſint *obſoleta*, ſicut omnia *obſoleta* ſunt *antiqua*. *Obſoleta* vocamus ſeu antiquiſsima, quæ ab ultimis poſt hominũ memoriam temporibus, jam diu obliteratis, ob inveteratam Archaiſmi rubiginem, ſusq́; deq́; habentur, qualia ſunt *tuburchinabundus*, *topper*, *mis*, *tis*, *bovinari*, *apluda* &c. *Priſca* dico ſeu antiqua; quæ quidem horridiuſcula ſunt nec ſatis expolita, à probis tamen & probatis Latini candoris parentibus iterata

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

ac uſitata, velut *indipiſcor, incipiſco, pauſa, præfiſcini; viciſſatim*, & alia. *Obſoletis*, quæ ut nummi uſu valere jam diu deſierunt, Mariano rigore renunciamus: *Priſca* vero & antiqua non omninò repudiant Proceres Curiæ Latialis; ſed oportet, uſurpando ea, parſimoniæ litare, & προσπλήττειν ſeu προσδιορισμῷ aliquo illa præmunire, quod fieri ſolet his formulis, *ut ita dicam*, *ut ille ait*, *ignoſcant manes Ciceronis, liceat Catonis verbo uti*, &c. Ita quaſi gemmulæ in orationem illigatæ coruſcabunt & legentium animos gratâ reficient varietate.

XVI.

Intelligo igitur, ut ad lineam redeam, per Latinam linguam Theologo neceſſariam, non Latinitatem illam Monachorum impuram, Ennij ac Paccuvij obſcuram, aut aliam triobularem Latinitatem, pipulo differendam, ſed puram & lucidam, quæ ſolerti indagine & haud deſultoriâ operâ depromenda ex varijs Latinæ linguæ Autoribus. Non enim à ſolo M. Tullio, latialis Eloquij Principe, limpida Latinitas haurienda; ſed præter Ciceronem lectionem merentur *Terentius*, *Plautus*, *Horatius*, *Seneca*, *Lipſius*, & alij puræ vindices Latinitatis. Fuerunt quidem nonnullæ Heroinæ, linguarum & bonarum literarum pellacia delinitæ, easq; benè edoctæ, inter quas fuerunt maximè illuſtres, *Iſabella* (Regis Ferdinand. uxor) *Eliſabetha* (Angliæ regina) *Iſota Novarola*, *Caſſandra Fid. Olympia Fulvia*, &c. quarum pleræq; bellis libellis gratam ſibi eblanditæ ſunt nominis immortalitatem: Illarum tamen commendarione conſultò ſuperſedeo, quia mulier non tantum in Eccleſia ſed in Scholis etiam & Academijs tacere debet, inprimis quoniam tot nobis maſculorum extant monumenta, ut non opus ſit ſequiori ſexui nos pro informatione ſupplices fieri infra ſexus noſtri dignitatem.

XVII.

Induſtrio Tyroni, cui curæ eſt cordiq; unctior & Emunctior Latinitas, ſedulam puriſsimorum Autorum *Lectionem* & *Imitationem*, tanquam latinæ dictionis ſcriptionisq; proram & puppim, eſſe cenſemus apprimè neceſſariam, & monemus nè nimium fidat *Theſauris*, *Sylvis*, & neſcio quibus, *Phraſeologis* tanquam proxenetis. Debet autem, quando animo & oculis verſatur vel in hoc vel in illo Autore, conſiderare εἰς ἀκριβέστατον, quidnam Autori ſit proprium, & ubi ſomnus eidem aut ejus interpreti irrepſerit. Non enim cuivis in omni-

bus

bus ἀβασανίστως fidem habere tenemur, tanquam θαυμασίῳ Deaſtro, de quo non debeat non pronunciari, αὐτὸς ἔφα: Nonnulla namq; in nonnullis prorepunt ἐκ τοῦ πονηροῦ κόμματος, vel ipſi Autori, vel librarijs, vel incuriæ Typographi & editioni, vel Paraphraſtæ & interpreti imputanda, quæ anſerino aut aſinino judicio imitari & uſurpare, ſibilo dignum eſſet tenebrionum. Hanc fidelem admonitionem, exemplorum nube obducere, in proclivi eſſet; ſed ſubſequæ linguæ & Diſciplinæ, quæ ſubinde ſeſe inſinuabunt, præter unum atq; alterum exemplum reliqna excludunt & extrudunt. Quidam Ciceronis mimi, inconſultâ κακοζηλίᾳ, aliqua, quaſi Tulliana, loquendi genera conſectantur, quæ non poſſunt in ſolidum approbari; Tale eſt, *Capere dolorem in aliqua re*, quoniam legitur apud Ciceronem Epiſt. 6. ad Fam. l. 1. *Me in ſummo dolore, quem in tuis rebus capio, maximè ſc. conſolatur ſpes, &c.* Cum tamen legendum ſit, *quem ex tuis rebus capio.* Aliqui Pſeudo-Ciceroniani prava interpretatione uſurpant verbum *timere* pro *ſperare*, eò quod Cicero Epiſt. 11. ad Fam. l. 6. ita ſcribat: -- *quotidieq; fit aliquid lenius & liberalius, quàm timebamus.* Et Epiſt. 6. l. 15. *Ego, ut ſpero, te propediem videbo, atq; utinam republica meliore quàm timeo.* Ibi ajunt *timebamus* poni pro *ſperabamus*; hic vero *timeo* pro *ſpero*: Id vero negamus καταλογάδην & ſtatuimus verbum timere utrobiq; ſignificationem retinere nativam; *Sperare* quidem quandoq; ponitur pro *timere*; ſed non vice verſa *timere* pro *ſperare*: Patebit hoc ὀφθαλμοφανερῶς ſi comparativa, quæ præcedunt, reſolvantur in nomina contrariæ ſignificationis, præfixo adverbio minus, ita ut dicatur, *aliquid minus aſperum* (vel *durum* aut *immite*) quam *timebamus*, pro *aliquid lenius quàm timebamus.* Item *repub: minus mala quàm timeo*, pro *repub: meliore quàm timeo.*

XVIII.

Multa de Latinâ linguâ conſulto intercalavi, ut â pura Latinitate Theologo neceſſariâ & utiliſsimâ dignoſceretur impura illa, Theologo non utilis, multò minus neceſſaria. Volo igitur non longius exerrare ſed recta tranſſultare ad Græcam linguam, Latinæ linguæ ſororem, & interrogare.

An Græca Lingua Theologo ſit neceſſaria?

Negativam olim arriſiſſe Mopſianæ familiæ, conſtat ex illo Ja-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

cob. Plat. Theol. Rom. judicio de Eraſmo, quod tale legitur : *Ipſe etjam* (Eraſmus) *Græcè ſcripſit, quod non debebat facere, quia nos ſumus Latini non Græci : ſi vult ſcribere, quod nemo intelligat, quare non ſcribit etiam Italicum, Bohemicum & Ungaricum, & ſic nemo intelligeret eum : Faciat ſe nobis conformem in nomine centorum Diabolorum.* Hodiè verò in luce literarum micantiſsima turpe eſt non Græcâ vel leviter tinctum eſſe literaturâ, nè dicam penitus imbutum, cum absque hujus *συζυγία* non poſsimus cum laude Latinè loqui aut ſcribere, nec controverſiarum aliquot Theologicarum caſſes aut filamenta lacerare. Quid opus eſt verbis, rerum teſtimonia adſunt.

XIX.

Paulus, *ὁ πάνυ*, 1. Tim. 4. v. 3. Doctrinæ Demoniorum inurit cauteria per certa *γνωρίσματα*, & dicit eam fore *τῶν κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων*, &c. Quâ quæſo conſtruendi ſerie verba illa Paulina exponere oportet, ut velut acu tangas ſcopum & mentem Apoſtoli genuinam? non apparet alia conſtructio niſi iſta *ἀπὸ κοινοῦ*, *κωλυόντων ἀπέχεσθαι βρωμάτων* (ſicut *κωλυόντων γαμεῖν*) prohibentium abſtinere à cibis, i. e. jubentium omnes cibos edere indifferenter. Sequitur vero juxta illam conſtructionem, Dæmoniorum Doctrinam profiteri illos, qui prohibent abſtinere, non qui jubent abſtinere à certis cibis. At illum ſenſum â ſcopo Apoſtoli omnibus aberrare paraſangis, innuunt ſubſequa verba, *ἃ ὁ θεὸς ἔκτισεν*; quæ enim à Deo creata ſunt, bona ſunt, imo valdè bona. Geneſ. 1. Quæ autem bona ſunt, non prohibentur, &c. Quibus Apoſtolica concludendi ratio ſuppeditatur. Lucem his verbis affundam faculâ ſyllogiſmi; Si ille ſenſus, quem conſtructio ejuſmodi propinat, admitti debet, tale argumentum prorepit : *Quicunq; cibus à Deo creatus eſt, is eſt prohibendus ; Omnis cibus promiſcuè à Deo creatus eſt ; Ergo omnis cibus promiſcuè eſt prohibendus*;& per conſeq: Qui jubet omnes edere, Dæmoniorum docet Doctrinam. Qui hac concluſione decipitur, in abſurditatis caſſes incidit; quomodo enim Apoſtolus omnes cibos eorumq; uſum ſuſtolleret? Quis non animadvertit à majori propoſitione in concluſionem ſerpere falſimoniæ virus? Quis, cui ſanum ſinciput, non videt in majori propoſitione prædicatum cum ſubjecto hoſtili pugna contendere; quomodo enim illa quæ â Deo creata ſunt, prohiberi poſſunt, ſiquidem quæ prohibentnr mala ſunt, & quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

& quæ mala ſunt prohibentur ? Atqui omnia quæ à Deo creata ſunt, non ſunt mala ſed valde bona Geneſ. 1. v. 31. Proinde Apoſtolus iſta concludendi ratione, quam à creatione Dei, textui ſuo θεοπνεύστως intexuit, vult contrarium potius evincere, quod demonſtrare luculentius non erit mihi ἐκ τῶν ἀδυνάτων. Si verba illa in ſyllogiſticam ſtructuram ad ſcopum & mentem Paulinam compingere lubet, ſyllogiſmus oritur ſyllogiſmo priori ἐκ διαμέτρου adverſus. *Quicunq́; cibus à Deo creatus eſt, non eſt prohibendus : Omnis cibus à Deo creatus eſt : Ergo nullus cibus eſt prohibendus*, & qui prohibet omnes edere, Doctrinam docet Dæmoniorum. Quapropter alia nobis conſtruendi ratio ſecundum indolem Græcæ linguæ diſpicienda, qua effugere poſsimus ejuſmodi difficultatum Labyrinthos. Addendum eſt verbum contrariæ ſignificationis, quod Ellipſis omiſerat, & conſtruendum κελευόντων ἀπέχεσθαι ſicut κωλυόντων γαμεῖν. Eſt enim valdè uſitata illa Ellipſis, ut σῖτον καὶ οἶνον ἔδοντες, Homer. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα καὶ οὐ βρῶμα 1. Cor. 3. Non tamen aſpernari licet explicationem illam, quam Oecumenius uſurpat; Ille enim κωλυόντων ἀπέχεσθαι conſtruendum docet, ſed in hac phraſi Atticum quoddam loquendi genns agnoſcit, ſicut, cum dicitur, prohibuit eum à non faciendo inconvenientia, ſenſus non eſt quòd ad inconvenientia facta ipſum fuerit adhortatus ; Item, prohibuit à non furando i. e. prohibuit nè furetur.

XX.

Ab univerſo Theologornm choro damnatur Marcionitarum, Hemerobaptiſtarum & Catabaptiſtarum virulenta ἑτεροδοξία de baptiſmo iterando & renovando, cum fœdus baptiſmi ex parte ipſius Dei ſit ἀμεταμέλητον firmumq́; maneat, imò firmiſsimum. Improbatur etiam haud improbo decreto, ab omnibus γνησίοις Lutheri παραστάταις, ἄγραφος καὶ ἀντίγραφος illa differentia, qua baptiſmus Johannis aſſeritur ſpecie diſtingui à baptiſmo Chriſti. Contra duplicem illam Theologorum noſtrorum poſitionem, adverſæ ſententiæ patroni telum aliquod ſtringere volunt ex Actor. 19. verſ. 5. Ubi de quibuſdam, qui Johannis baptiſmo erant baptizati, dicitur, quòd ἀκούσαντες (ſcilicet ῥημάτων παύλου) ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἰησοῦ, quæ verba ita interpretatur Latinus interpres;

His

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

His auditis baptizati ſunt in nomine Domini Jeſu; Inde inferri poterit baptiſmi Johannei per baptiſmum Chriſti à Paulo Collatum renovatio. Dicuntur enim poſt Concionem Pauli à Paulo baptizari v.5. qui à Johanne baptizati perhibentur v.3. ſed qui Aoriſti Græci genium & indolem exploratam habet, huic nodo Cuneum facile inveniet. Etenim Aoriſtus Græcus non ſemper præſentis temporis ſignificatu gaudet; aliâs à Grammaticis *Indeſinitum* inſulsâ appellatione diceretur: Notat vero non rarò tempus præteritum ſive perfectum ſive pluſquamperfectum. Locus igitur ille, hoc modo exponi debet; *Qui vero (illum Paulum) audiverunt, baptizati erant in nomen Domini Jeſu.*

XXI.

Concupiſcentia hominis eſt veneno Originalis peccati ſuffuſa, quod totum hominem & totum hominis per intimam περιχώρησιν permeat, altis infixum radicibus, ut à naturâ noſtrâ, in hac lachrymabili miſeriarum & miſerabili lachrymarum valle, nunquam divelli poſsit. Jeſuitæ verò laxatâ verecundiæ fibulâ docent originale peccatum, domeſticum illum hominis hoſtem, è diverſorio ſuo, fidei & converſionis furcâ expelli poſſe; Concupiſcentiam verò, quæ remanet, non eſſe aliquod peccati virus, idq; inprimis Jeſuita Herbipolenſis (artic. 2. Coll. p. 7.) ficulneâ conſequentiâ evincere conatur ex loco illo Rom. 8. v. 1. ubi vetus homo noſter dicitur ſimul crucifixus eſſe ut deſtruatur corpus peccati: Inde fabricat ſibi hujus ſyllogiſmi ſtructuram. *Corpus peccati deſtructum eſt, Concupiſcentia deſtructa non eſt: Ergo concupiſcentia non eſt corpus peccati.* Iſthoc argumentum terminorum πλεονεξία laborare animadvertit Theologus φιλέλλην: Nam τὸ deſtrui in ſecunda & minore propoſitione ἰσοῤῥοπίζεται radicitus expelli & extirpari, Ita verò non poteſt accipi in primâ & Majore propoſitione, quia in Græco fonte legitur ἵνα καταργηθῇ: τὸ καταργεῖσθαι autem ſignificat irritum, otioſum, & inefficax reddi, non exſtirpari, eradicari, aut radicitus expelli.

XXII.

Latinus interpres, ὀψὲ σαββάτων, Matth. 28. v. 1. reddidit, *veſpere ſabbati*: Evertit verò verſionem illam non ſolum Marcus c. 16.2. ὁ παραφράζων, διαγενομένου σαββάτου, ſed etiam indoles Græcæ linguæ, cujus præſcripto ὀψὲ, cum genitivo conſtructum, notat temporis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

poris effluxum, ut ὀψὲ τῆς ἡλικίας, tranſacta jam ætate, ὀψὲ καιροῦ, poſtquam præterijt occaſio: Ita etiam ὀψὲ σαββάτου vertendum, effluxo ſabbato, vel poſtquam præterijt ſabbatum. Hactenus luculentis exemplis manifeſtum feci uſum Græcæ linguæ in Theologiâ ratione συντάξεως καὶ ἐτυμολογίας; nunc demum in hac ipſa theſi docebo eandem adminiculo eſſe Theologis etiam ratione ὀρθογραφίας καὶ προσῳδίας. Matth. 19. 24. *facilius*, inquit Chriſtus, *eſt Camelum per foramen acus tranſire*, quam divitem introire in regnum cœlorum. Hoc in loco *Camelum* nonnulli exponunt de fune nautico, quo utuntur nautæ ad proijciendas anchoras. Alij intelligunt de animali gibboſo, quod Syrus Metaphraſtes voce minimè æquivocâ reddidit גמל; Sed nodum ſolvit *ortographia* & Literatura; Nam, ſecundum obſervationem Suidæ & Ariſtophanis Scholiaſtæ, κάμηλος per η ζῶον ἀχθοφόρον, κάμιλος vero per ι funem nauticum ſignificat. Quomodo, inquis, vendicat ſibi Græca lingua uſum aliquem in Theologia proſodicum? Illud etiam unico exemplo liquidum fiet. Quando cordati Religionis noſtræ Atlantes contra Arrianos pugnant pro unitate & ταυτότητι eſſentiæ divinæ, dicendo ὁμοούσιον eſſe Patri filium & Spiritum Sanctum, illi ab hac voce tanquam καινῶν & nova abhorrent, quia Paulum 2. Tim. 2. 16. omnem καινοφωνίαν diſſuadere, ſubdolè affirmant; verum ſi locum illum Apoſtoli evolvimus & inſpicimus, non καινοφωνίαν ſed κενοφωνίαν, κενὰς non καινὰς voces prohiberi animadvertimus. Aliud eſt τὸ καινὸν penultima longa, & aliud τὸ κενὸν penultima brevi, licet ſono conveniant & accentu.

XXIII.

Græcæ linguæ dulcedinem arbitror me Tyroni ſatis inſinuaſſe, ut non nequeat miram ejus mirari utilitatem. Debet igitur, Grammaticorum præceptorum adminiculo, ſolida jacere fundamenta, & prius ingredi veſtibulum vocum primogeniarũ antequam intromitti poſsit in ſpatioſum palatium vocum derivatarum & compoſitarum: Etenim potiſsima difficultas reſidet in Declinationibus, Conjugationibus, & vocibus primogenijs ſeu radicibus, quæ ſi calculum rectè poſui, ſunt numero 1159. His, iſtis, & illis in intellectum & memoriam, citra ſinuoſos anfractus, ingerendis Compendia præſtò ſunt exquiſita. Fundamentis ejuſmodi majores progreſſus inædificabuntur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

tur frequenti claſsicorum ſcriptorum lectione & imitatione. Hac occaſione in chartaceum Campum elicerem numeroſam Græcorum Autorum cohortem, ſed, præter Plutarchum, Iſocratem & Xenophontem, alios Græcæ linguæ magiſtros *εἰς ὑπερβολὴν θαητοὺς*, induſtrijs Græcæ linguæ amaſijs commendare, meum non permittit inſtitutum. Qui deſiderat qualemcunq, ſaltem amabilis hujus linguæ peritiã, ſatis illi erit paucos legere & relegere autores, qui mediocri imbui cupit ſcientiâ ejuſdẽ, pleroſq; edecumatos evolvere debet; qui deniq; Græcæ linguæ ſtudio omnes vitæ ſuæ dieculas conſecrat & ad ſolidam in eâ literaturã adſpirat, tenetur omnia, quæ poterit, Græcorũ monumẽta manu contrectare diurnâ & nocturnâ. Cuivis verò Græcæ linguæ cultori, ſive minus, ſive magis, ſive maximè eandem ſectetur addiſcendam, legendum commendatur Novum Jeſu Chriſti Teſtamentum, non ſolum propter reconditum rerum divinarum theſaurum, ſed etiam propter divinam ſtyli puritatem. Etenim ſine *ἀντικειμένῳ ἐν προσκειμένῳ* aſſevero ſacrum Novi Teſtamenti ſtylum, quamvis multis refertus ſit Hebraiſmis, illibatam redolere Græcæ nitelæ puritatem, adeoq; ſine diſpendio Græcæ puritatis *ἑβραΐζειν*, & ſine jacturâ Hebraiſmorum *ἑλληνίζειν*. Etenim ſtylus N. T. ſicut & V. Teſtamenti eſt ſingulari modo mirus & miro modo ſingularis, qui ſuperet omne genus humani ſermonis.

XXIV.

Attribuitur quidem Novo Teſtamento quædam ſtyli ſingularitas, quando illud paſsim *ἑβραΐζειν* ſtatuimus; ſed magis facit ad gloriam Dei & ſingularitatem ſacri ſtyli, ſi dicamus N. Teſtamentum ſine antipathia Græcæ puritatis *ἑβραΐζειν*. Me, forſan inquis, ſpecioſum aliquod ſomnium, nihil ſolidi crepando, Diſputationi meæ infercire: Locum igitur aliquem N. Teſtamenti, qui Hebraiſmum citra puritatem Græcæ linguæ redolere vulgo putatur, *ἀληθῶς ἑβραΐζειν καὶ ἀληθῶς ἑλληνίζειν* oſtendam. 1. Corinth. 1. v. 17. *οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου*, *non in ſapientia ſermonis*, per Hebraiſmum dicitur pro *ſapiente ſermone*, quia repræſentat Hebræam illam Phraſin Prov. 1. v. 1. לָדַעַת חָכְמָה וּמוּסָר לְהָבִין אִמְרֵי בִינָה׃ pro Hebraiſmo igitur iſtius loci ita argumentor: Quæcunq; Phraſis N. Teſtamenti, convenientiam habet cum phraſi aliquâ Hebræâ V. Teſtamenti, ita ut demigret à proprietate Græcæ linguæ, illa Hebræorum Idiotiſmum

ſmum ſapit, Atqui hæc phraſis N. T. ἐν σοφίᾳ λόγου congruit cum phraſi illâ Hebræâ, quæ extat Prov. 1. verſ. 1. & quidem ita ut ſit aliena ab Idiotiſmo Græcorum. E. In illo loco N. T. citato eſt revera Hebraiſmus. Pro Græca verò loci ejuſdem puritate tale necto argumentum. Illa phraſis, quam uſurpavit aliquis ex Græcis Autoribus, verè Græcis, eſt pro purâ & verè Græcâ phraſi habenda: Hanc phraſin, ἐν σοφίᾳ λόγου, habet aliquis ex verè Græcis Autoribus. Ergo illa phraſis, ἐν σοφίᾳ λόγου, eſt pro purâ & verè Græca phraſi habenda. Major infirmitate non nutat; pro illa in vivo conflictu, tanquam pro Andromache noſtrâ, σὺν θεῷ pugnabimus. Minorem probationis indigam ſtabilit Heſiodus ἔργ v. 541. δέρματα συῤῥάπτειν νεύρῳ βοὸς, pelles conſuito nervo bovis i. e. bovino. Euripides in Hecub. v. 27. καὶ μὴν Ὀδυσσεὺς ἔρχεται σπουδῇ ποδὸς, & quidem Ulyſſes venit celeritate pedis, pro ποδὶ σπουδαίῳ i. e. celeri pede. Anacr. εἰς Ἀπόλλ. Φιάλην πρόπινε παισὶν, Φιάλην λόγων ἐραννὴν, ἀπὸ νέκταρος ποτοῖο, è nectaris (nectareo) potu. Eodem argumentandi tenore poterit Græca puritas de omnibus N. T. Hebraiſmis demonſtrari.

XXV.

Μετάβασιν & ſaltum jam demum facio ad ſanctam linguam Jehovæ, eamq; intercludo theſibus anterioribus de utilitate Latinæ & Græcæ linguæ, poſterioribus verò de uſu Philoſophicarum diſciplinarum, ut ſic medium locum obtineat, quem illi haud invido & haud invito animo deſignavi. Illius ergo uſum inveſtigo hac interrogationis formulâ.

An Hebræa lingua Theologo neceſſaria?

Sine ſvavi hujus linguæ progeuſmate non poteſt θεολογούντων aliquis guſtare limpidiſsimos fontes cœleſtis veritatis, ſed cogitur imbibere aquas noxiorum gloſſematum turbidas; alienis oculis videt & quibuſcunq; verſionibus, ſimplici credulitate vel credula ſimplicitate, mentis ſuæ gubernaculum committit, erratq; inſtar Polyphemi in ſpelunca tenebrarum. Qui verò non proletariâ aut triobulari ſanctæ linguæ cognitione inſtructus fuerit, genuinum è ſacris literis ſenſum electare, aliorum interpretum expoſitiones examinare, & ſuam interpretationem ſolidà ratione ſtatuminare valebit. Appendam huic theſi exquiſitam exemplorum trigam, tanquam ſeram triplicatam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

Noächi inebriati turpitudinem aſpexit Cham, filius ejus, ſed Sem & Japhet, fratres Chami, eandem veſtimeuto operuerunt, obvertendo dorſum & oculos avertendo; quamobrem Noachus experge factus effudit in Chamum maledictionis acetum; ſed in Semum & Japhetum oleum benedictionis. Benedictio illa legitur ſub finem Gen. 9. his verbis בָּרוּךְ יְהוָה אֱלֹהֵי שֵׁם וִיהִי כְנַעַן עֶבֶד לָמוֹ׃ יַפְתְּ אֱלֹהִים לְיֶפֶת וְיִשְׁכֹּן בְּאָהֳלֵי־ שֵׁם׃

Benedictionis Semi deſcriptio eſt ſcrupulorum expers & extra ambiguitatis aleam poſita; ſequens verò verſiculus, (27) de benedictione Japheti, difficultatum tricis implicatur, & proinde à notabili expoſitionum varietate non eſt immunis. Nam verba illa ליפת יפת אלהים à peritiſsimis interpretibus ἄλλως καὶ ἄλλως vertuntur. R. Nathan & Auguſtinus Steuchus per deſcenſum futuri יפת à radice יפה transferri volunt, *Condecoret Deus Japhetum.* Deducunt autem illud futurum à vero themate פתה præter vulgatæ Editionis Autorem, Tremellius, Junius & Fullerus; ſed ſecundum eandem originem verſionem non inſtituunt eandem. Junium enim & Tremellium *allexit* vulgaris & communis ſignificatio radicis ut hoc modo redderent; *Alliciet Deus Japhetum ut habitet in tentorijs Schem;* atq; ſic τὸ וישכן &c. referunt ad יֶפֶת non ad אלהים. Vulgata editio ſequitur raram thematis ſignificationem (Syris uſitatiſsimam) & vertit; *Dilatet Deus Japhet, & habitet in tabernaculis Sem;* Eſt autem incertum num τὸ וישכן per hanc verſionem reſpiciat יֶפֶת an verò אלהים. Fullerus deniq; à Junio & Tremellio mente ſuâ demigrat & vulgatæ Editioni adhæreſcit, ita tamen, ut nomen Japheti διαῤῥήδην in tertio caſu apponat & futurum conſequens וישכן ſicut antecedens יפת referat ad אלהים non ad יֶפֶת. Quid ſentiendum de translationibus iſtis diverſis? Quænam eorum bona vel melior vel optima? Sub Hebrææ linguâ tanquam ſub *Judice lis eſt;* Illa diſcrepantes interpretes ad tribunal ſuum citabit & ſententiam feret decretoriam. Steuchiana & Nathaniana illa translatio mihi non poteſt non diſplicere, quandoquidem Grammaticis præceptionibus bellum indicit. Tremelliana & Juniana verſio, quamvis ipſe Junius & Tremellius ſupra meam ſapientiam ſapiant, mihi neutiquam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

quam arridet, quia *alliciendi* ſignificationem Hiphil non niſi planè iuſolentem agnoſcit; & ſi vel maximè ſignificatio illa τῷ פתח in Hiphil uſitata eſſet, non tamen heic *allicere* denotaret, quia nomen ei adſciſcitur in Dativo caſu beneficio præfixi ל, non in Accuſativo, ſigno ejus את vel expreſſo vel ſubintellecto: Atqui Accuſativum ſemper poſtulat פתח in ſuo *alliciendi* ſignificatu. Translationem verò vulgatæ Editionis κατὰ τὶ, & Fullerianam ἁπλῶς commendo, non ſolùm propter illa ipſa rationum momenta, quibus Junianam & Tremellianam verſionem everti; ſed etiam propter ὁμοψηφίαν Targi & LXX. Interpretum, qui ita transferunt; πλατύναι ὁ θεὸς τῷ Ἰάφεθ i. e. *Dilatet Deus* (non Japhetum) ſed *Japheto*, ut ſubintelligatur, *habitandi locum*; quaſi dicat, ampliſſimam Regionem Deus Japheto largiatur. Nec perperam à Fullero refertur futurum וישכן ad Deum non ad Japhetum; nam verba illa וישכן באהלי־שם, illuſtrant priora in verſiculo 26. ubi Dominus dicitur אלהי־שם; adeoq; ſingulare redolent Myſterium & inſignem prophetiam de Incarnatione Filij Dei, de quo dicit Johannes cap. 1. 14. *Verbum caro factum eſt, & habitavit* (*ἐσκήνωσεν*, שכן) inter nos: Nos, inquit, nempè Iſraëlitas ſolos, Semi, non Japheti, nedum Chami maledicti poſteros. Gentem namq; Iſraëliticam, Semi poſteritatem, elegit Dominus (Deus Semi) ut eſſet populus ſanctus, in quo unigenitus Dei filius patefieret, humanam naturam in infinitam & Divinam ſuam ὑπόστασιν aſſumendo.

XXVII.

Articulum *Juſtificationis*, reliquorum arcem articulorum, & fundum noſtræ ſalutis, Pontificij acerrimo niſu aggrediuntur. Inhærentem Juſtitiam, inter alia, ajunt per Juſtificationem renatis infundi, quæ omnibus conſummata numeris in Judicio Divino ſit ſufficiens & Legi ſatisfaciat ad amuſſim. Nobis inficias maſculè euntibus multa ex ſcriptura regerunt ἀπροσδιόνυσα, quorum unicum exemplum inferciam, reliquis ſuperſedendo annectendis. Geneſ. 6. 9. tribuuntur Noæ inſignia ſanctitatis elogia his verbis; נֹחַ אִישׁ צַדִּיק תָּמִים הָיָה בְּדֹרֹתָיו *Noah vir Juſtus, perfectus fuit in generationibus ſuis.* Ab hoc loco patrocinium ſibi pollicentur pro aſſerendâ perfectione Juſtitiæ renatorum; ſed vana victoriæ ſpe ſeſe ob-

lectant & lactant. Plumbeum illum pugionem, quem ex armamentario Bellarminiano ſuffurantur, confringere poſſumus acutiſsima Hebraiſmi ſecuri. Hebræi enim, cum deſit illis gradus nominum comparativus, diverſimodè illum deſcribunt; vel per particulam intendendi יתר ut Eccleſ. 7. 12. vel per præpoſitionem מן ut ושפלה מן העור humilis præ cute i. e. humilior cute; Levit. 13. 26. vel per præfixum ב, ut in præſenti loco תמים בתרתיו *perfectus in generationibus* i. e. perfectior quam ullus homo qui tum vivebat. Dicitur ergo Noah perfectus non ἁπλῶς & abſolutè, quaſi per omnia ἀναμάρτητος fuerit & ſanctitate ſua ἰσάγγελος, ſed κατά τι & κατὰ σύγκρισιν, quod minus quam alij fuerit imperfectus. Ita rem ſe habere facile impetrabo à Pontificio, modo non ſit è ſtupido grege Aſinorum, qui Comparativè intelligit v. 28. Luc. 1. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν

XXIIX.

In Pſalm. 22. v. 17. Illuſtrem prophetiam de crucifixione Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui manus & pedes in cruce clavis fodebantur, imò perfodebantur, Spiritus Sanctus veſtivit his verbis: ורגלי עדת מרעים הקיפוני כארי ידי ubi unica hæc vocula כארי multorum capita acerrimæ ſcrutationis cruce aut carnificinâ diu multumq; afflixit, & adhuc affligit, ut κεφαλαλγίαν notabilis illa lectionum ac verſionum varietas & diſcrepantia ſatis innuat. Alij Aquilæ autoritate, velut oeſtro, perciti autumant Judæos urnâ malitiæ ſuæ in fontes exhauſiſſe turbidas aquas ſordidasq; corruptelæ feces, & τὸ כתיב כארו commutaſſe cum τῷ קרי כארי: Illi כארו legunt & intelligunt, aſpiciendo τὸ כארי; Iludq; vel cum LXX. interpretib. ſpecialius vertunt ὤρυξαν & deducunt à כרה ſive à כור ita ut א ſit Epentheticum, ſicut in מלכים pro מלאמים & רמה pro ראמה &c. Vel cum Aquila derivant à כאר & in ſignificatione ἐντροπῆς vel αἰσχύνης (Syris uſitata) generalius transferunt ᾔσχυναν. Alij fontis corruptionem non admittunt & כארי legunt, de hac voce tamen ejusq; verſione in diverſiſsimas diſtracti opiniones: Horum enim aliqui כארי *participium*, aliqui *Nomen* aliqui *verbum*, aliqui & *nomen* & *verbum* eſſe volunt. Qui כארי *participium* faciunt (ab inuſitato them. כאר) in plurali numero & formâ

conſtru-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

conſtructâ pro כארים, vertunt *perforantium*, quod referendum ad *cœtus malignantium*. Qui כארי *nomen* eſſe volunt, præfixo locupletatum, & *ſicut Leo* reddunt, in conſtructione & connexione hujus nominis cum præcedentibus non conveniunt: quidam enim ajunt ſubintelligi ipſum כארו vel aliud verbum ſenſui huic conforme; quidam verò ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetunt præcedens verbum הקיפרני & reddunt *transfixerunt me* ut ſit à נקר, non verò *circumdederunt me*, quaſi eſſet ab inuſitato יקר. Qui כארי *verbum* eſſe aſſeverant, vertendo *foderunt* (& quidem rectius, ut mihi videtur) illud faciunt tertiam pluralem præteriti Kal, à rad. כרה, καῖ' ἀνομαλίαν י in fine poſito pro ו quandoquidem hæ literæ facilè inter ſe permutantur ut Eſdr. 10. v. ult. & in principio א inſerto per Epentheſin ſicut ראמה Zach. 14. 10. adeoq; καῖ' ἀναλογίαν eſſet כארו. Qui deniq; כארי & *nomen* & verbum eſſe dicunt, vocem illam habent pro compoſitâ ex כרה & ארי, ut per craſin literæ eædem ſint contractæ, & vertunt, *tanquam Leo perfoderunt*. Vides quanta ſit Lectionum & verſionum varietas, quanta diſcrepantia, quàm varia diſcrepantia, quàm diſcrepans varietas: Qui igitur ex his omnibus translationibus, quas in breviſsimam theſin compendio redegi, veram & genuinam eligere vult aut colligere, illum oportet induſtrium Linguæ Hebrææ amatorem fuiſſe & cultorem. Cæteroquin varietatis hujus Cataclyſmo facilè obruetur, imo cereum naſum habebit, qui ad quamvis lectionem & verſionem, etiam alienam & adulterinam, flecti poſſit.

XXIX.

Præcedentium theſium διασκέψει vidimus uſum Grammaticæ & trium linguarum Cardinalium in Theologia: Superſunt nobis binæ organicæ diſciplinæ, & duplicata trias diſciplinarum philoſophicarum, quarum uſum in Theologia, numeroſâ theſium ſerie demonſtrarem, ſi non ita exuberaſſet diſquiſitio de uſu linguarum. Ne itaq; aqua mari affundatur & diſputatio mea nimio accremento degeneret in integrum volumen aut ſyſtema, paucis theſibus agam de diſciplinis illis, quæ reſtant, *Logica, Rhetorica, Phyſica, Metaphyſica, Mathematica, Ethica, Oeconomica, Politica*.

XXX.

Quæſtionem igitur primam de Grammatica, quæſtionib. alijs de

uſu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

uſu linguarum cardinalium interjectis, mediatè ſequi jubeo hanc de Logica quæſtionem:

An Logica Theologo ſit neceſſaria?

Eſt Theologo neceſſaria, quia illius eſt, ἐλέγχειν καὶ ἐπιστομίζειν τοὺς ἀντιλέγοντας Tit. 1. verſ. 9. λογίζεσθαι Rom. 3. 28. διαλέξασθαι Actor. 17. 2. συμβιβάσαι & συζητῆσαι Actor. 9. Niſi igitur Logicæ noëmata benè calluerit & conſuluerit, non poterit ſyllogiſtica forma argumentari, ſive κατασκευαστικῶς apud tyrones diſcentes, ſive ἀνασκευαστικῶς contra Hæreticos docentes, adeoq; κακόλογος erit & μισθωτός. Fallaces eorum argutias & argutas eorum fallacias, non deprehendet ſine *Logica* quam ipſe λόγος J Ch., συλλογιστικῶς diſputando, ἄνευ ἀνάγκης uſurpare non detrectavit. Hujus diſciplinæ faculâ prælucente, videbit Theologus conſequentias adverſariorum, quas ex arenâ nectunt, inprimis quando ex ſcripturâ aliquid, pro ſuâ θέσει, ſubdolâ argumentatione depromunt. Non enim omne, quod ex ſcripturâ quis ſe probare comminiſcitur, pro verbo Dei exoſculabimur ſine ulteriore examine, ſed diſpiciendum an bonâ conſequentia talis concluſio ex tali principio promanet: Si enim legitima fuerit, non eſt Theologi ſed Theologica, & ipſius Dei verbum, quòd concluſio non differat realiter à præmiſsis; ſin autem ἀσυλλογίστως eliciatur, Theologi quidem eſt ſed non Theologica. v. g. Si Photinianus aliquis imponere velit hujus ſyllogiſmi glaucomate: *Filius Mariæ eſt verus Deus, Chriſtus ſecundum humanam naturam eſt filius Mariæ, Ergo Chriſtus ſecundum humanam naturam eſt verus Deus;* Utraq; propoſitio præmiſſa eſt vera & ἔγγραφος, licet in concluſione ſit uberrimum falſimoniæ virus: ſolidam reſponſionem ſuppeditat Logica, quæ docet προσδιορισμὸν illum, quo Major Caruerat, in minore perperam addi.

XXXI.

Pontificij damnant, tanquam ſcripturæ abſonam, hanc propoſitionem excluſivam, *ſola fide juſtificamur*, & particulam *ſola* à Luthero ajunt temerario auſu interjectam, Imo Becanus c. 2. de Juſtif. q. 6. Lutherum perhibet, de hac audaciâ admonitum, nihil aliud quam hoc dediſſe reſponſi, *ſic volo ſic jubeo ſtat pro ratione voluntas:* Summam verò Μακαρίτῃ noſtro fieri injuriam teſtatur *Logica* per

Doctri-

Doctrinam *exponibilium:* Omnis enim propoſitio *excluſiva*, quæ *exponibilis*, eſt compoſita & conſtat binis propoſitionibus ſimplicibus, quarum una *præjacens* ſeu *prima exponens*, altera *ſubordinata*, *ſubſtrata* & *ſecunda exponens* vocatur; hæc eſt vel *immediata* & *generalis*, vel *mediata* & *ſpecialis* : Ubicunq; igitur eſt explicitè propoſitio *exponibilis - Excluſiva*, ibi etiam implicitè ſunt binæ propoſitiones *exponentes*; & vice versâ ubi actu ſunt duæ propoſitiones ſimplices *exponentes*, ibi etiam δυνάμει & potentiâ eſt una propoſitio compoſita, quæ æquipolleat utriq; *exponenti*, videl: *exponibilis - excluſivam*: Atqui Rom. 3.28. In his verbis Paulinis, λογιζόμεθα οὖν πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου, ſunt binæ *exponentes* propoſitiones; 1. *Fide juſtificatur homo* (præjacens) 2. *Operibus Legis non juſtificatur homo* (Eſt autem ſubordinata & ſubſtrata mediatè, per hanc immediatam & generalem; *Quod non eſt fides, illo non juſtificatur homo:* jam ſubſume, *Opera legis non ſunt fides*, Ergo, *operibus legis non juſtificatur homo*) Ergo in loco illo Pauli allegato implicitè latet aliqua propoſitio compoſita, *exponibilis excluſiva*, quæ non poteſt eſſe alia quam hæc, *ſola fide juſtificatur homo.* Abeant igitur Pontificij & diligentius inſtrumenta ſua Logica fatigent, antequam aculeatis verbis perſtringant excluſivam illam propoſitionem, quâ tanquam teſſerâ voluit Lutherus orthodoxam ſententiam ſequeſtrare ab heterodoxam.

XXXII.

Diſciplinæ inſtrumentali, quæ λόγον, *rationem*, regit, pediſſequam facio diſciplinam illam, quæ λόγον, *orationem*, dirigit, & de eâ quæſtionem inſtituo talem:

An Rhetorica Theologo ſit neceſſaria?

Neceſſariam eſſe Theologo non negandum, quia debet ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας 2.Tim. 2. v. 15. quod non poteſt fieri ſine doctrina *inventionis* & *diſpoſitionis*. II. Debet παρακαλεῖν, παιδεύειν, καὶ ἐπανορθοῦν, quibus inſervit doctrina de *Elocutione* & *actione*. III. Debet ὀρθῶς διδάσκειν & rectè interpretari ſcripturam, quod non poteſt fieri ſine cognitione τροπολογίας, ſiquidem in ſcriptura datur magna copia troporum. Sexcenta igitur erunt in ſcripturâ abſurdiſsima, niſi Lector ejus & interpres genuinum ſenſum ope Rhe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

torices indagaverit. Niſi enim ex tropologiâ noverit, quòd genus interdum συνεκδοχικῶς pro ſpecie ſumatur, ex illo Matth. 16. v. 15. *Prædicate Evangelium omni creaturæ,* Colliget arboribus, lapidibus, piſcibus, avibus, urſis, porcis, & cui non? Concionandum eſſe; quod inſulſi quidam Monachi, literali ſenſui inhærentes adſtruere non dubitarunt (Surius enim teſtatur in hiſtoria S. Franciſci Laur: eum aliquando hunc in modum in Caſtro Alviano, ſub concione hirundines ſibi moleſtas allocutum; *Sorores meæ hirundines, jam loquor ego, quia vos usq; modo ſatis dixiſtis. Audite verbum Dei, teneatis ſilentium, donec verbum Dei compleatur.* Quo audito perhibet confeſtim tacuiſſe hirundines & dicto obedientes fuiſſe. Fides ſit penes Lectorem) Quid? Ipſum Salvatorem, agnum, vitem, vermem &c. & Deum corporeum ſtatues, cum ipſi tribuantur oculi, aures, naſus, brachium, dextra, &c. Tibi ipſi vi dicti Matth. 18. oculos erues, pedem abſcindes, niſi ex Rhetorica didiceris, ἀλληγορικῶς hæc omnia intelligenda & accipienda. Phariſæus ille Luc. 18. 12. Ita μεγαληγορεῖ vel μεγαλορρημονεῖ: *Jejuno bis in Sabbato;* ſi quis neſciret heic πληθυντικῶς, per Synecdochen partis pro toto, Sabbatum poni pro hebdomade, λεπτολογίαν S. ſcripturæ affingeret non ſine horrendâ blaſphemiâ. Quomodo enim poſsibile eſt uno die bis jejunare, jejunio propriè ſic dicto, quale heic intelligitur. Senſus igitur eſt hominem illum, ſuperbiæ typho inflatum, bis in hebdomade jejunaſſe.

XXXIII.

In ipſo etiam ἐλέγχῳ & conflictu cum antagoniſtis armat Theologum Rhetorica, quod paucis lineis demonſtrabo. Calviniani, troporum in ſalutari Religionis negotio ſtudioſiſsimi, cum Deus dicitur paſſus, intelligunt hoc per alloeoſin de alterâ Chriſti naturâ videl. humana: Cum Autor actorum Apoſtolicorum Ca. 2. 31. dicit, *non derelicta eſt anima ejus in inferno,* animam exponunt per Cadaver & infernũ per ſepulchrũ: In controverſia de animæ origine (quã per traductionem oriri perperã negant, cũ aliàs homo non generaret hominem, & Deus ipſe cauſa eſſet peccati originalis, cujus πρῶτον δεκτικὸν anima) allegari ſolet, Ge. 46. 26. *Cunctæ animæ, quæ egreſſæ ſunt de femore Jacob,* &c. Sed per animã illi intelligunt corpus: Omnia iſthæc contra leges & uſum Rhetoricæ! Negatur ἀποτόμως, tropum aliquẽ Synecdoches dari, qui partem ponat pro parte. Propoſitionam illam Eccleſiæ Sacramen-

cramen-

cramentalem, *Panis eſt Corpus Chriſti* (quia eſt ἄγραφος & Sophiſticationi magis obnoxia quàm illa ἔγγραφος *hoc eſt corpus meum*) fraudulenter arripiunt, & tropicâ copulâ volunt æquipollere huic, *panis ſignificat Corpus Chriſti*, adeo ut de ſigno ſignatum prædicetur in recto caſu: Talem prædicationem nos impoſsibilem eſſe aſſeveramus, & Rhetoricam edocti ſtatuimus inſuper copulam non eſſe tropi capacem, quia 1. non eſt pars vel ſubjecti vel prædicati multò minus enunciationis 2. non eſt mutabilis de ſignificatione in ſignificationem. Nec 3. poteſt more troporum ad locum aliquem topicum reſolvi.

XXXIV.

Inſtrumentales Diſciplinas miſſas facio, easq; jubeo *cedere* (*cede majori*) Realibus diſciplinis, quarum θεωρητικὰς præmitto, & priorem eſſe volo hanc de Phyſica quæſtionem:

An Phyſica Theologo ſit neceſſaria?

Phyſica uſu pollet in Theologiâ non ſolum ἐλεγκτικῶ ſed etjam διδακτικῶ & ἐξηγητικῶ. Occurrunt enim in ſacro codice multi termini, qui res notant naturales, & revera earum rerum, quarum ſigna ſunt & σύμβολα, νοήματα & conceptus in animis noſtris efficiunt. Etenim *homo*, *aqua*, *ignis*, *grando*, *arbor*, *gemma*, *bos*, *Aſinus*, *urſus*, *leo*, *pardus*, *Camelus*, *aquila*, *ſtrutio*, &c. In ſcripturis non ſunt alia Entia, quàm quæ à Phyſicis deſcribuntur: Definitiones autem eorum & proprietates non explicantur per revelatam & θεόπνευστον doctrinam, cùm experientiâ, ope ſenſuum præviâ, & adminiculante naturali intellectus facultate cognoſcantur, adeoq; in diſciplinâ phyſicâ tradantur, ad quam nos ſcriptura remittit. Quando igitur legimus in ſcripturis, Chriſtum eſſe verum hominem, aquam tranſeunte populo Jſraëlitico aſſcendiſſe Joſ. 3. v. 16. Ignem in fornace objectũ combuſtibile non aduſsiſſe Dan. 9. 27. oportet mentem & conceptũ noſtrũ Phyſicis harum rerum deſcriptionibus ἔκτυπον eſſe, & per *hominem* intelligere *animal rationale, intellectu præditũ* (contra Apollinariſtas) *voluntate præditũ* (contra Monotheletas) corp9 habens revera dolorũ ſenſui obnoxiũ (contra Marcionitas & Manichæos) Per *aquam* vero, *Elementum frigidum & humidum*; per *ignem* deniq; *elementum ſiccum & calidum*. Nec poteſt aliquis ſine Phyſica attingere ipſum nucleum ſacrarum ſimilitudinum, quarum πρότασις in ſcriptura à rebus naturalibus deſumuntur: Quando pij arboribus plantatis ad rivos, &

 impij

impij glumæ Pſ. 1. Comparantur, vix ea ritè aliquis intelliget, niſi qui ſcrutatus fuerit ex naturali ſcientiâ harum rerum naturam.

XXXV.

Phyſicis principijs docetur quid per rerum naturam & cauſarum naturalium potentiam fieri queat aut nequeat: Theſaurum igitur eorum Theologus in mente ſuâ recondet, ut quid miraculum ſit intelligat & verum miraculum à fictitio diſtinguere poſſit. Qui enim ex lumine rationis & indè extructâ diſciplinâ, Phyſica, norit *omne grave deſcendere & deorſum tendere, omnem ignem admoto uſtibili urere, omne ἄλογον eſſe ἄλαλον*, &c. non dubitabit vera & ſtupenda fuiſſe miracula quòd aſina locuta fuerit Num. 22. v. 27. quòd ignis tres viros in fornace non conſumpſerit, quod aqua in Jordane aſſcenderit, &c. Si iſtis rebus per divinam potentiam θαυμασίως geſtis, applicentur Phyſica illa principia, ſuppeditatur menti Theologi pro miraculorum horum veritate nervoſa quædam argumentatio. Phyſica enim ſuggerit hanc propoſitionem: Quando *aſina* loquitur, *ignis non urit uſtibili admoto*, & *aquæ non deorſum fluunt ſed ſurſum aſſcendunt;* non natura operatur, ſed potentia ſuperior naturalibus potentijs. Sub illo principio ſubſumitur ex ſcripturâ: *aſina Balaami locuta eſt*, *ignis in fornace Babylonicâ non uſſit*, & *aquæ aſcenderunt populo Iſraëlitico per Jordanem tranſeunte.* Inde concluditur: Ergo iſta ſunt ſupra potentiam naturæ divinitus facta.

XXXVI.

Phyſica Theologum principijs munit contra inſulſos Hæreticorum inſultus, & eſt quidam clypeus, quo repelli poſſint venenata tela humanæ rationis. Dantur enim nonnulla Pſeudo-phyſica principia (Phyſicæ in abſtracto minimè imputanda) ἑτεροδοξίας veneno ſuffuſa, quæ Theologus, Phyſices ſcientia inſtructus, non admittit tanquam λευκῇ ψήφῳ digna. Ex cohorte Photinianorum Moſcorovius in tract. de Bapt. contra Smiglec. *Materiam primam* opinatur *æternam eſſe & increatam:* Hoc principium, ſi verum eſſet, nos ἀτοπίας laqueis irretiret; ſequeretur enim mundum non eſſe ex nihilo creatum, ſequeretur aliquid eſſe æternum vel ab æterno, quod non eſt Deus ſed aliquid extra Deum, adeoq; ex arena necteretur hæc conſequentia; *Filius Dei eſt ab æterno. Ergò eſt verus Deus.* (NB. hoc inprimis intendunt Photiniani, negando materiæ primæ initium & creatio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

creationem)Iſthoc igitur humanæ rationis inquinamentum & Pſeudo-phyſicum ſomnium, à Theologo, verâ Phyſicâ refelli poteſt & debet quia 1. Materia prima à causâ prima deſtrui poteſt. 2. Duo eſſent infinita. 3. Materia prima non eſſet materia, quia eſſet à ſeipſa. 4. Materia prima Ariſtoteli eſt primum ſubjectum cujuſcunq; corporis naturalis, ex quo illud fit, ita ut inſit non ſecundum accidens, & in quod ultimò reſolvitur 1. Phyſ. 9.

XXXVII.

Scientiam *Metaphyſicam*, poſt *Phyſicam* inventam, & proindè quaſi μετὰ τὰ Φυσικὰ dictam, μετὰ τὴν Φυσικὴν ſeu poſt Phyſicam *Scientiam*, *ſciens* diſputationi meæ innecto fibulâ hujus Erotematis.

An Metaphyſica Theologo ſit neceſſaria?

Metaphyſicæ χρεῖαν in Theologia commendant termini *Entis*, *Eſſentiæ*, *exiſtentiæ*, *actus*, *potentiæ*, *cauſæ*, *effectus*, *neceſſarij*, *contingentis*, *totius*, *partium*, *ſubſtantiæ*, *accidentis*, *poſitivi*, *privativi*, *finiti*, *infiniti*, *realiter*, *modaliter*, &c. à quibus non poteſt Theologus abſtinere, ſi ex tricis arduorum ζητημάτων ſeſe feliciter expedire velit. Etenim in multis Theologicis controverſijs quæſtiones volvuntur, ἀλλοτρίοις contextæ terminis, quorum alter Theologicus διαμπὰξ, alter communis & Metaphyſicus, quem è lumine rationis & diſciplinâ, ad quam ſpectat, exponi oportet. Quæritur enim de Entitate creatoris & creaturarum; de *ſingularitate* Dei conjunctâ cum *communicabilitate* eſſentiæ; de *finito* & *infinito* ratione λόγου ipſiusq; carnis; de *actu* & *poteſtate* circa dictum Matth. 28. v. 28. quod detorquetur ab illis, qui ex divinâ δυνάμει non actu uſurpata ipſam δύναμιν negare præſumunt. Quæritur, *an perſonæ divinitatis differant realiter*, *an modaliter*, *an ratione*; *an peccatum ſit ſubſtantia vel accidens*; *an æternitas Dei ſit ſucceſſiva*, &c. Illa & alia ζητήματα, per ſinuoſos Metaphyſicarum diſtinctionum anfractus decidere, non eſt mihi impræſentiarum integrum; binis tamen ſubſequis theſibus uſum Metaphyſicæ in Theologiâ luculentius demonſtrabo.

XXXIIX.

Prodeat aliquis ex familia Plinianâ & cum Plinio cx l. 1. c. 7. dicat, *Deum non eſſe omnipotentem*, cùm non poſſit mori; vix refutabitur ſine Metaphyſica diſtinctione inter *potentiam activam* & *paſſivam*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

quarum illa ſolum in Deum cadit& omnipotentiæ eſt fundamentum, quoniam mera perfectio ; hæc verò neutiquam, quia nil eſt niſi imperfectio, & ab Ente perfectiſsimo alieniſsima. In Scripturis videtur indicari neceſsitas aliqua ſcandalorum, incredulitatis & hæreſium: Matth.18. v.7. *Neceſſe eſt ut eveniant ſcandala.* Joh.12.39. *Propterea non poterat credere, quia prædixerat id Eſaias.* 1. Cor. 11.18 *Oportet hæreſes eſſe* : Ne igitur iſta contingentia humanæ pravitati tanquam proximæ cauſæ detrahas, & divinæ voluntati in ſolidum accepta referas non ſine ingenti blaſphemiæ piaculo, *neceſſe eſt* ut *inter neceſsitatem* diſtinguas *abſolutam* ſive *conſequentis*, & *neceſsitatem* ex *hypotheſi*, quæ non niſi *conſequentiæ* eſt, & veram non impedit contingentiam. Nemo *bonus* eſſe dicitur niſi ſolus Deus Matth. 19. v.17. Marc.17. v. 17. Cùm tamen Gen. 1. v. ult. dicatur; *Et erant omnia valdè bona:* Quis conciliabit apparentem illam ἀντιλογίαν, niſi qui ex Metaphycâ didicerit bonum aliud eſſe αὐταγαθὸν ſive per Eſſentiam, quod ſoli Deo competit; aliud verò per participationem, quod à ſummo illo bono derivatur & creaturis tribuitur.

XXXIX.

In Myſterio S.S. Trinitatis θεοπνεύστως nobis revelato docemur Eſſentiam divinam communem eſſe tribus Perſonis Patri, Filio & Spiritui Sancto, adeò ut vocabulum Deus ſit prædicabile imo prædicatum in his propoſitionibus, Pater eſt Deus, Filins eſt Deus, Spiritus S. eſt Deus. Quando ergo Cajetanianus Philoſophus indè infert Deum eſſe *Ens univerſale, non ſingulare*, quia *ſingulare* non poteſt eſſe *communicabile* & *prædicabile*, reſpondetur ex Metaphyſica non omnem communicationem, naturam arguere *Univerſalem*, ſed illam duntaxat, quâ quid eſt communicabile pluribus ſpeciebus aut individuis: Perſonæ autem divinæ non ſunt vel *individua* vel *ſpecies* Dei; non enim diſtinguuntur vel *numero* vel *ſpecie* adeoq; eſſentialiter (ſiquidem ſpecifica & numeralis diſtinctio eſt Eſſentialis) quamvis realiter & actualiter. Quando verò Antitrinitarij, vice verſa, Eſſentiam divinam negant eſſe *communicabilem* & *prædicabilem*, quia ſingularis; reſponſio itidem ex Metaphyſica depromitur, non omnem *ſingularitatem* tollere *communicabilitatem* aut *prædicabilitatem* (ignoſcant manes Ciceronis) ſed tantum illam quæ eſt *individuificа* & *numeralis*: Atqui eſſentia divina non eſt ſingularis per aliqvam unam ſubſiſten-

ſtentiam,ſed per ſuam ipſius entitatem identificantem (liceat verbo uti Metaphyſicorum) ſibi tres ſubſiſtentias, adeoq; nihil aliud eſt quam unum ſimpliciſsimum, identiſicans ſibi tres perſonas.

XL.

Diſciplinas Mathematicas, quas mihi propemodum joculanti lubet ἀπὸ τοῦ μανθάνεσθαι derivare, quòd ψιλῇ & difficili θεωρίᾳ capita affligant μανθανόντων (ſicut enim παθήματα μαθήματα; ita multis hæc μαθήματα παθήματα) jam in ſcenam hujus diſputationis produco, ita de ijs φιλοφρόνως ζητῶν:

An Mathematicæ Diſciplinæ Theologo ſint neceſſariæ?

Sunt utiq; eidem neceſſariæ, inprimis Arithmetica, Geometria, Geographia, uranoſcopia, & Chronologia. Sine Arithmetica nequit Theologus exactè indagare tempus nativitatis, paſsionis, & mortis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti: multa in Daniele & Apocalypſi ſine hujus ſcientia ignorare non nequit. Nequit ſine ea demonſtrare numerum annorum à prima mundi creatione ad diluvium, quandoquidem Patriarcharum generationes numerare, earumq; intervalla conſiderare tenetur. Quanquam enim Gen. 5. Theologus legit quòd *Adam* annos habuerit 130. *Seth* 105. *Enos* 90. *Kenan* 70. *Mahaleel* 65. *Jared* 162. *Henoch* 65. *Matuſalah* 187. *Lameh* 182. *Noah* 600. Quamvis, inquam, hæc ita in Biblijs habeantur, tamen nuſquam reperitur in iiſdem quid ſit 130. 105. &c. & nuſquam ibi docetur quòd hac ratione ſingulorum periodi ſint addendæ:

130	162
105	65
90	187
70	182
65	600
460	1196

1196
460
1656

Niſi itaq; Arithmetica ſuppetias tulerit Theologo, nunquam evincet, quod mundus ante Diluvium 1656 annos duraverit, nunquam percipiet quot unitates includat hic numerus 1656. Nec notabilem differen-

differentiam agnoſcet inter miraculum Chriſti & Eliſæi, quorum ille Marc. 6. v. 44. quinq; panibus quinq; millia hominum; Hic verò 2. Reg. 4. v. 42. viginti panibus centum homines pavit; ut enim Chriſti miraculum ſupra Eliſæi miraculum veneretur, oportet eum numerum quinarium, vicenarium, centenarium, millenarium, & proportionem Arithmeticam non neſcire.

XLI.

Geometriæ non licet ignarum eſſe Theologum, quia ὁ θεὸς ἀεὶ γεωμετρεῖ & omnia diſpoſuit in pondere, menſura, ac numero Sap. 11. Non poterit ſine Geometricis principijs de arca Noæ ejusq; fabricatione, de tabernaculo, templo, & ædificijs Salomonis dextre ſatis judicare. Sine Geographia, deſcriptionem terræ ſanctæ, hiſtoriam bellorum, Itinera Pauli, populi Jſraelitici & Patriarcharum, non rectè aſſequetur. Imo multis ſcripturæ locis Geometria & Geographia inſerviunt clarius illuſtrandis & illuſtrius declarandis. Exemplo nobis erit Pſal. 32. v. 5. Item Pſal. 118. v. 64. Ubi terra dicitur *plena eſſe miſericordia Jehovæ;* Inde divinæ miſericordiæ magnitudinem mirabundis auditorum animis affatim inſtillare poterit, ſi per Geometriam ex Geographia noverit Peripheriam terræ eſſe mil. 5400. Semiperiph. 3700. Diametrum 1720. Semidiam: 860. Aream 23220000, adeoq; totum terræ convexum & ſolidum eſſe mil. 2662560000.

XLII.

Theologo, Uranoſcopias ignaro, pagi erunt (ut ajunt) Bohemici, *Plejades*, *Orion*, *Arcturus*, quorum mentio fit Job. 9. v. 9. c. 38. v. 31. & 32. Amos 5. v. 8. Non mirabitur ſolis regreſſum Joſu. 10. & Eclipſin ejuſdem totalem, qui neſciverit per naturam impoſſibile eſſe, ſolem retrogredi & deliquium pati in plenilunio, idq; univerſale; deterior erit Ethnico Dionyſio Areop. qui ob ſaltum hunc naturæ aut ipſi Deo mali aliquid accidiſſe, aut mundi ruinam imminere cenſuit. Sine peritiâ Chronologicâ Theologus ceſpitabit in controverſia de *annis Sabbaticis* vel *Jubilæis*, & in diſputatione contra *Calendarium Gregorianum.* Sunt etiam aliqua ſcripturæ loca, quorum ἐναντιωφάνειαν non poteſt tollere ſine Chronologicâ ἀκριβείᾳ. Marcus c. 15. 25. dicit horam fuiſſe tertiam cum Chriſtus crucifigeretur; Johannes verò quaſi ſextam fuiſſe aſſerit, 19. 14. Conciliatio eſt illi facilis cui conſtat partitio diei in quatuor quadrantes, ſimilis partitioni in qua-

tuor

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

tuor vigilias; ſecundum quam apud Hebræos dies 12. horas complectens diviſus fuit in quatuor horas majores, quarum quælibet tribus conſtitit horis minoribus, æqualibus illis noſtris ratione (non ordinis, ſed) durationis, ſicut ex annexo patet Shematiſmo:

Orientales: Majores	1.	2.	3.	4.
Orientales: Minores	1. 2 3.	4. 5. 6.	7. 8. 9.	10. 11. 12.
Occidentales & Romanæ	6. 7. 8.	9. 10. 11.	12. 1. 2.	3. 4. 5.

XLIII.

Θεωρητικαῖς Diſciplinis Diſciplinas ſubjungo πρακτικὰς & limini hujus theſeos illud, de diſciplinâ, quæ circa ἤθη & mores hominum occupatur, affigo Zetema:

An Ethica Theologo ſit neceſſaria?

Nemo non affirmare debet, quia ſcriptura tùm in genere τῆς ἀρετῆς, *Virtutis*, mentionem facit Phil. 4. v. 8. tùm in ſpecie commendat, τὴν σωφροσύνην 1. Tim. 3. v. 2. Tit. 2. v. 12. *Munificentiam* & *beneficentiam* 1. Theſſ. 5. v. 15. *Manſuetudinem* & *lenitatem* Gal. 5. v. 23. Epheſ. 4. 2. 2. Tim. 2. v. 24. *Verecundiam* & *modeſtiam*. 1. Tim. 2. v. 9. & alias alibi virtutes ut αὐτάρκειαν, ἐπιείκιαν, veracitatem, & juſtitiam &c. Nuſquam verò ipſa explicat, qua in re poſitæ ſint & circa quæ objecta verſentur iſtæ, quas diximus, virtutes; ſed ut nomina virtutum ex communi mutuatur loquendi uſu, ita definitiones ex diſciplinâ, ad quam pertinent, peti permittit, quandoquidem à virtutibus Chriſtianorum, Lumine Jſraëlis καλῶς πεφωτισμένων, non differunt eſſentialiter virtutes Ethnicorum. Proinde Lutherus Commentarijs ſuis in cap. 48. Gen. rectè inſeruit, ἐγκωμιάζων, ipſam illam, quam Ariſtoteles tradidit, virtutis definitionem.

XLIV.

De *fine*, *effectu*, & *conſequente* virtutum gentilium; de *Mendacio officioſo*, de *amicitia* & *converſatione fidelium cum infidelibus*, & de alijs non nullius hili aut pili quæſtionibus, Theologo ardua incumbit concertatio, quæ ſine Ethica bono ſucceſſu carebit. Si res eſt Theologo cum præfractis & contumacibus corrupti ſeculi incolis, vel cum aliquibus Epicuri de grege porcis, principia Moſaica negantibus, il-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

los non niſi moralibus principijs, naturâ homini inſitis Rom. 1. (quæ, Scaligero eleganter Zopyra) conſtringet & convincet, *συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων*, Rom. 2. 15 Negantem igitur vel primum vel ſecundum vel tertium vel quartum Decalogi præceptum &c. deducet Theologus ad Ethicam; à *Decalogo Moſaico* & promulgato amandabit eum ad *Decalogum moralem* & *naturalem*, humanis cordibus inſcriptum, atq; ita nulla effugij rima patebit. Etenim ex Ethnicorum vel potiùs *Naturæ* placitis quidam formari poteſt Decalogus, qui Decalogo ſcripturæ per ſingula præcepta reſpondeat. Nos itaq; ſequente theſi, *Decalogum Naturæ* conferemus cum *Decalogo Scripturæ*.

XLV.

SCRIPTURA *Exod. 20. Deut. 4.*	NATURA. *In legibus 12. tab.*	 *In ſcriptis & dictis Ethnicorum.*
Ego ſum Dominus Deus tuus; Non habebis Deos alienos coram me.	Ad Deos adeunto caſtè: pietatem adhibento, opes amovento: Qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit.	Εἷς θεός ἐστι σοφὸς δυνατός θ' ἅμα, καὶ πολύολβος. Πρῶτα θεὸν τίμα. Pho. καδ' δύναμιν δ' ἔρδειν ἱερ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς. Heſiod.
II.		II.
Non aſſumes nomẽ Domini Dei tui in vanum.	Perjurij pœna divina, exitium: humana, dedecus.	Stultus inſcitusq; ſit qui eos (Deos) vituperat. Plaut. Μαγικῶν βίβλων ἀπέχεσθαι, ψεύδεα μὴ βάζειν. Phocyl. Σέβου ὅρκον Pythag.
III.		III.
Memento ut diem Sabbati Sanctifices.	Conſtructa à Patribus delubra habento: Ritus familiæ patriæque ſervato. Si quis rem litigioſã in ſacrum dedicaſſet, duplicẽ pœnam ſubiret.	Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat Arator. Et grave ſuſpenſo vomere ceſſet opus. Omnia ſint operata Deo. Tibul.

Hono-

IV.

Honora patrem tuum & matrem tuã ut benè ſit tibi & ſis longævus ſuper terram.

Liberi parentes honoranto

IV.

Τοὺς τε γονεῖς τίμα. Pyth.
ὅστις ἢ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει, ὅδ᾽ ἐστὶ καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεῷ φίλος, Eurip.
Τοὺς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας Pyth.
Credebant hoc grande nefas & morte piandem,
Si juvenis vetulo non ad ſurrexerat. Juvenal.

V.

Non occides.

Si quis hominem ſciens dolo neci duit parricida eſto.

V.

Μηθ᾽ αἵματι χεῖρα μιαίνειν. Phoc.

VI.

Non mœchaberis.

Adulterij convictum necanto.

Si maritus uxorem in adulterio deprehenderit, Tum eam occidendi jus poteſtatemque habeat. Inceſtum Pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto.

VI.

Μήτε γαμοκλοπέειν, μὴ ἀσελγέα Κύπριν ὀρίνειν, Phoc.
Deſine matronas ſectarier. Horat.
Elige cui dicas, Tu mihi ſola places. Ovid.

VII.

Non furtum facies.

Frugẽ aratro quæſitã furtim noctu ſi ſecuerit pubes, ſuſpẽſus cereri necator: impubes verberator & noxiam duplioneq; præſtato.
Si quis noctu furtũ faxit, & im aliquis occiſit, jure cæſus eſto.
Si quis arbores alienas Injuriâ læſiſſet, reſq; ullas alienas rapſiſſet, &c.

VII.

Μὴ πλουτεῖ ἀδίκως ἀλλ᾽ ἐξ ὁσίων βιοτεύειν. Phoc.
Ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι. Id.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

IIX.

Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

Qui falſum teſtimonium dixerit, è ſaxo Tarpejo Deijcitor.

IIX.

Μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν. Phoc.

IX. & X.

Non concupiſces domũ proximi tui Non uxorem, &c.

Si vicini inter ſe finibus regundis jurgeant, arbitros dato.

IX. & X.

Ἀπέχου. Epic.

Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis. Ovid.

Μὴ φθονίοις ἀγαθῶν ἑταρεῖς ἄρχου γείτονος ὄντος ἀπόσχεο. Phoc.

Epilogus.

In quo Comminatio pœnæ reſpectu malorum, & promiſſio præmiorum reſpectu bonorum.

Epilogus.

Eſt profecto Deus, qui quæ nos gerimus auditque & videt.

Benè merenti, benè profuerit; malè merenti, par erit, Plaut.

--- Innocui vivite; Numen adeſt. Ovid.

Si genus humanum, ac mortalia temnitis arma, At ſperate Deos, memores fandi atq; nefandi. Virg.

XLVI.

Practicam Diſciplinam, quæ ſpectat ſingulos homines per ſe, κατ᾽ ἤθη informandos, ſubſequitur illa, cujus eſt domeſticam hominum συζυγίαν informare: Illa nobis hanc penultimam ſuppeditat quæſtionem:

An Oeconomica Theologo ſit neceſſaria?

Ἀπόφασιν huic quæſtioni non competere innuit Paulus, qui Theologum jubet 1. Tim. 3. v. 1. εἶναι μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος.

νότητ@. εἰ δέ τις (ait v. 5.) τοῦ ἰδίου οἴκου προςῆναι οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας θεοῦ ἐπιμελήσεται; Ubi quæſo τοῦ ἰδίου οἴκου προςῆναι & τέκνα ἔχειν ἐν ὑποταγῇ docetur niſi in Oeconomica Philoſophiæ parte. Loca ſcripturæ de *Conjugio, parentibus, liberis, ſervo, ancilla*, &c. ope Oeconomicæ diſciplinæ plenius planiusq; Theologus intelliget, & ἐμφατικωτέρως exaggerare poterit amorem illum Chriſti erga nos, qui Jerem. 31 ςοργῇ comparatur maternæ. Myſticum Chriſti & Eccleſiæ conjugium dilucidè exponet, ſi ex Oeconomiæ legibus perſpexerit arctiſsimum & ardentiſsimum illud piorum conjugum vinculum, quo vir & fœmina, utriusq; fortunæ fideliſsimi ſocij, in unam carnem coäleſcunt.

XLVII.

Devolvuntur quandoq; ad Theologum graves quæſtiones in caſibus oeconomicis & matrimonialibus. Diſceptatur enim an πολυγαμία ſit peccatum? an liceat duas ſorores ducere? an liberi omnium bonorum paternorum hæredes naſcantur &c. Oeconomica diſciplina hos terminos *Conjugij*, πολυγαμίας, *Sororis*, *liberorum*, *Patris*, vendicat ſibi explicandos.

XLIIX.

Privatam & minorem hominum ſocietatem concernenti Diſciplinæ, Diſciplina ſuccedit, quæ concernit publicam & majorem hominum ſocietatem: Illa Diſputationem noſtram hac ultima locupletat quæſtione:

An Politica Theologo ſit neceſſaria?

Arbitror me non fore ψευδολογίας *reum*, ſi *rear* eam Theologo eſſe neceſſariam, ut de repub. Jſraëlitica, quæ in ſacris deſcribitur, rectius judicet, & rectius intelligat, quæ in ſcriptura de *principibus, magiſtratibus, ſubditis, bello* & *pace* &c. paſsim traduntur, cõprimis in Libris Judicum & Regum. Nuſquam enim ſcriptura *Reipublicæ, principis, magiſtratus, ſubditorum, belli, pacis*, (politicæ) definitionem proponit, quia hæc omnia Politicæ ſunt conſiderationis.

XLIX.

Nec deſunt Theologo quæſtiones, quæ πολιτικόν τι redolent & proinde Politices opem requirunt. Quæritur enim de *Obligatione* & *juramento*, quo ſubditi magiſtratui ſuo obſtricti tenentur, quæritur

 tur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

tur etiam de forma Reipub. ſpiritualis & gubernationis Eccleſiaſticæ. Bellarminus telam controverſiarum de Pontifice Romano orditur à prolixa diſſertatione de abſolutę Monarchiæ præſtantia. Monet enim c. 1. tres dari gubernationis formas, *Monarchiam*, *Olygarchiam*, *Democratiam*; & ſubjungit c. 11. inter omnes gubernationis formas excellere & eminere *Monarchiam*, quod autoritatibus & rationib. humanis adſtruere irrito ſatagit labore. Quid reſponſi dabitur purpurato illi Papanorum anteſignano? Optimum eſt cum Excellent. Dn. D. *Caſp. Brochmand* l. 1. de Pont. Rom. c. 1. arenoſam illam increpare conſequentiã, qua colligitur & concluditur è Politici regiminis formâ, quale oporteat eſſe regimen Eccleſiaſticum, cum regnum Chriſti non ſit de hoc mundo Joh. 18. v. 36. & Chriſtus diſertè neget Luc. 22. v. 25. Apoſtolos & cæteros Eccleſiæ præſules, more Regum alijs imperitaturos. Nihilominus tamen ut mentem adverſarij & ipſum controverſiæ ſtatum percipiamus atq; perſpiciamus, neceſſe eſt nos *Monarchiæ* & *Ariſtocratiæ* rationes ac differentias è Politica didiciſſe.

L.

Tandem faventi Theſium mearum Lectori, quem velim cum Ariſtotele largiri τοῖς παραλελειμμένοις συγγνώμην, generalia hujus diſputationis momenta repræſentabo ſyllogiſtica ἀνακεφαλαιώσει. *Sine quo res eſſe non poteſt, eidem illud eſt neceſſarium:* At *ſine linguis, ſine Diſciplinis inſtrumentalibus & realibus Theologia eſſe non poteſt.* Ergo &c. Major luce radiat: Propter minorem verò totam hujus diſputationis telã pretexui, quę agit de *Lingua Latina* th. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. De *Græca* th. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. De *Hebræa* th. 25. 26. 27. 28. De *Grammatica* th. 10. De *Logica* th. 30. 31. De *Rhetorica* th. 32. 33. De *Phyſica* th. 34. 35. 36. De *Metaphyſica*. th. 37. 38. 39. De *Mathemat*. th. 40. 41. 42. De *Ethica* th. 43. 44. 45. De *Oeconomica* th. 46. 47. De *Politica* th. 48. 49. Concluſio itaq; eſt rata & firmitatis ſuæ rigore Philoſophiæ expoſcit elogia illa, inſerta theſi 4. 5. 6. (ſecundum nominalem diſtinctionem Theologiæ theſi 2. & Philoſophiæ th. 3.) quæ non rectè placent τοῖς ψευδοφιλοσόφοις th. 7. & non rectè diſplicent τοῖς ἀντιφιλοσόφοις th. 8. Proindè in hac theſi 50. & ultimâ repeto ex th 1. ſerium illud Theologorum omnium ὁμοψήφων decretum, οὐδεὶς ἀφιλόσοφος εἰσελθέτω. Heic anchoram projicio, Deoq; ſolvo prymneſiam:

Laus & honor tibi ſit Pater, & laus ſit tibi Fili;
Spiritui Sancto ſit quoq; laus & honor.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2

Det kgl. Bibl. Bogb.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 00002 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-3 4° 2